cūstantia aggrauās peccatum. Si
aūt ille qui peccauit iam cōtritus
est Dic ꝙ tenetur confiteri aliqñ.
sed non tūc.vel tunc Et ex p̄cepto
ecclesie infra annū iuxta formam
decretalis Omnis vtriusque. Si
non confitetur peccat mortaliter.
ꝓpter inobedientiā factam ma/
tris ecclesie Unde illud preceptū
de confitendo nō obligat sub pe/
na mortalis.dummodo fiat infra
tempus statutū.si tamē homo sp
conteratur Sed quid si ante tem/
pus sic ad confitendū statutū con
tingat aliquē antequā confiteat
subito mori.nec habuerit tempus
cōterendi de transgressione diuini
precepti.quo iubetur aliqnādo cō
fessionē facere.eo ꝙ sit morte pze/
uentus Puta ꝙ damnatur tan/
qꝫ legis diuine transgressor Eo ꝙ
in quo instanti prius fuit soluēdo
id est potēs soluere cōfessionē qz
potuit ofiteri vel dolere ꝙ nō fuit
cōfessus Sed in vltimo instāti tā

factus est trāsgressor ihoc tñ non intelligāt de eo qui ex cā ofessiōz differt. vt scz hēat cōfessorē discretiorē. vel alia vtili cā. dūmodo diligentiā apponat vt habeat.

De tertia pte penitētie

scilicet satisfactione.

DE satisfactione breuit dicendū est Et ꝑmo quid sit Que eius ptes An nēe sit ipam fieri in charitate.

Quid sit satisfactio in speciali.

Diffinit autē sic satisfactio ꝑm gregl. a magro in. iiij. lib sñiaꝝ Satisfacē ē cās pcōꝝ excidere et earū suggestionibus aditū nō indulgere Et vocat causas pcī occasiones alliciētes ad peccandū Quaꝝ qdam ꝑ pinque sūt pcō Et hē sunt in nra ptāte. vt eas possum⁹ amouē vel excidere. Verbi gra Cena splēdida cā ꝑpinqua est luxurie. vt Jere vi. Saturaui eos et mechati sunt. Et hanc cām seu occasionē possumus amouere et excidere Sicut q alie cāe seu occasiones pcī remotiores. que in nra ptāte nō sūt. vt puta oblatio talis cene. vl alicui⁹ rei delectabilis oculis cordis nri vel suggestio diabolica de tli splēdida cena Nō est eni in nra ptāte arcere diabolū. quin talia oculis mētis nre offerat Occasiōes ergo pcōꝝ ꝑpinqs debem⁹ excidē q in nra ptāte sūt Sed occasionibus pcōꝝ remotioribꝰ si veniant a pte diaboli. vel carnis vel mūdi nō debem⁹ ꝺsentiēdo aditū indulgere. eo ꝙ in nra ptāte sit eas nō recipe Aliter autē diffinit sic Satisfactio ē damni vel iniurie illate recōpensatio ꝑm iudiciū q ordinē iuris

Quot et q̄ sint ptes satisfactōis.

Satisfactionis aūt ponunt tres ptes scz oratō elemosyna ieiuniū Que genera liora sūt in satisfactione cuiuslibet pcī Cū eni ꝙs peccat delinquit in deū. et cōn hoc spēaliter satisfacit oratō Itē delinqt in eccīam. hoc est in ꝓximū. et cōtra hoc spēaliē satisfacit elemosyna Itē delinquit in se ipm. et ctra hoc spēaliter facit ieiuniū De qbus illud dr Bona est oratō cū ieiunio q elemosyna.

An necesse sit cōfessionem et satisfactiōz fieri in caritate

Ultimo qritur cā breuitat. de ofessione et satisfactōe simlr vtrꝝ nēe sit ꝙ fiant in caritate Et an qui ofitet q satisfacit extra caritatē. teneat itez cōfiteri. et iterū satisfacere Et dicūt hic ptes ꝙ vtrūqz debz fieri in caritate Et repeti si fiat extra caritatē Alij circa vtrunqz distinguūt Et ꝓmo de confessione dicunt ꝙ oportet ꝙ fiat in caritate. ex qdam tñ ñti. ita ꝙ oportet ꝙ fiat illud qō statutuz est ab eccīa Et oportet

etiā ꝙ dū fit ꝙ charitas hēat. ḋa semꝑ siue cōfiteamur siue non nos tenemur hꝫe charitatē Et sic vt tactum est nos tenemur ex quodam ꝺñti cōfiteri in charitate Sed si fiat extra charitatē nō oportz vt dicūt eam repetere. sed solū satisfacē et ofiteri ꝙ confitēdo ꝑus facti fuerim⁹ id ē extra charitatē. dum tñ idem sit ꝑor et posterior ofessor. et memoriā habeat pcc̄oꝝ ofitentis Alioqn opteret repetere. ḋa integ debet esse confessio Et isti dicti sui ponūt rōnem ꝙ scz ad hec duo. s. confiteri ⁊ charitatē hꝫe tenemur diuisim Nā ꝓpter statutū ecc̄e tenemur cōfiteri siue hēamus charitatem siue nō Et simlit tenemur habere charitatē siue ofiteamur siue nō Et ido pōt vnū solui sine alio. Vt gr̄a exempli Si teneor ire ad ecc̄iam. et cuz hoc teneor tota die esse capatus in ecc̄ia Si vado ad ecc̄iam sine capa non oportet me iterato ire ad ecc̄iam. sed solum satisfacere de eo ꝙ non fui tota die in ecc̄ia capatus C̄ōsiḋr in ꝓposito De satisfactione aūt dicūt ꝙ in satisfactione duo sūt ꝺsideranda. s. ipa solutio debiti. et ipe mod⁹ soluēḋi. ita vt per ḋatū siue factum fiat solutio debiti. et ꝑ modū soluēḋi placeat solutio. Si aūt ꝑ aliꝙ fiat extra charitatē solutio debiti. puta pene tarate a sacerdote. sic ieiunare per annum et hmōi. dicit ꝙ de rigore non exigit ꝙ iterato reddat cū charitatē et gr̄am adeptus fuerit Sed soluz ꝙ illud qō defuerit in mō. ipe penitendo soluat Nisi qui tenebat deo iniūctaz pñiam facere qō respicit debituz et cuz hoc in charitate et bene ordinata volūtate facere. qō rspicit modū soluēḋi. debitum soluet sed nō modo debito optebit talē ofiteri et satisfacere de indebito mō soluendi Et tūc erit debita satisfactio Quia scz eḟcit satisfactū ꝑus q̄ntū ad debitū Nūc vero posteri⁹ satisfit q̄ntū ad debitū modū Reliqua plene tractant in sūma Rayti. de pñia ꝓpter qō multa causa breuitatis transeo.

De sacramento extreme vnctionis et ꝓtinētib⁹ ad ipm:

Sequit aliqua tangere de sacro vltime vnctōnis Et ꝓmo quid sit de eius institutione Quid sit ei⁹ materia. Que forma Quis debit⁹ minister Quis eius effect⁹. Quid hic res. et quid sacr̄m Quis sit ꝓceptibilis huius sacr̄i Et quo ad mozbum Et quo ad etatē De loco vnctionis

Quid sit extrema vnctio

Diffinit aūt sic extrema vnctio a quibusḋā Extrema vnctio est linitio olei scrisi/cati facta ad releuationē vtriusqz infirmitatis. s. mētis et corpis. Et ponit vnctio extrema ꝑ noie vnico diffiniti. qō qz nō habem⁹ circūloqmur ꝑ duo Iste vero ḱmin⁹ linitio qui ponit in diffinitione sonat in actū vel in passionē que est

in suscipiēte ipm sacrm. sicut cū dicitur baptism' est tinctio ꝛc. Designat tinctio passiua. qz intingitur baptisat' Verūtn si quis totū eē extreme vnctionis vellet diffinire. posset ita notificare Extrema vnctio est sacrm ex vnctōne infirmis per oleū sctificatū facta. conferēs infirmis rmediū cōn pcti reliqas etsi expedit alleuiationē ferēs corpozis infirmitati.

De eius institutione

Quando aūt et vbi sit hoc sacrm institutū est duplex opinio Una dic ab aplis hoc sacrm esse institutū que videt confirmari p glōm sup illud Marci vi. Ungebāt oleo mltos egrotos et sanabant Que glō sic dicit Ab aplis patet hūc morē esse traditū vt energumini et alij egroti certo loco vngant oleo a pontifice consecrato Scōm h ergo dicendū ē q aplī a deo inspirati. diuina aucte z volūtate instituē potuerūt istud sacrm. imo ipe de' in ipis licet forsan tūc non vngerēt mō et forma qua nūc fm ordinationē ecclie fit vnctio Deo forsā ad tpūs istā formā ex cā nō duraūt. sic ipi vt supra tactū est ad tpūs ex cā ratōnabili formā baptismi mutauerūt. vt scz baptisarēt in noie xpi Alij volunt q istud sacrm xpūs p se instituerit qm iuxe allegatū capm vi. marci Narrato quō xpūs suos misit discipulos ad pdicādū stati sequitur Et exeūtes predicabāt vt pniam agerēt z demonia multa eiciebāt et vngebāt oleo multos egros et sanabant. qō non credit sine institutione dni fuisse Nec sic est de immutatione baptismi qz aliud ē mutare formā sacri. et aliud instituē totū sacrm de nouo celebrandum Nā z forte nūc per eccie auctē aut aliquā sibi datā inspiratiōnē sicut apli habuerūt posset aliq ad tps iusta de causa circa formā alicui' sacri imutari. z totū sacrm instituē null' posset vt credit nisi sol' de'

Que sit materia sacramenti extreme vnctionis

Materia hui' sacri est oleū simplex ab epo bñdictum sine alteri' rei admixtione Cū eni oleū significet nitorē oscie et balsamū suauitatē fame. z moriturus marie indiget nitore cōscie. et nō multū suauitate fame apparet q morituri simplici oleo ouenienter pungūtur. Nō crismate qō opositū est ex oleo et balsamo. Et qm in exitu constitut'. indiget gra sanāte. nō tm corpz z etiā alia membra quibus abusus est indiget nō tm vnctione cordis. sed etiā aliop mēbroz q̄bus marie peccauit vt sic trina mersio i baptismo signat submersionē triū pcoz q̄ in mundo regnāt scz ocupie carnis. oculi scētie oculoz et supbie vite. Sic hic multiplex inunctio signat eliminationē ex diuina miseicordia mēbroz singulorū

de sacramēto extreme vnctiōis

Que sit forma huius sacramēti.

Forma aūt sciēdū est ꝙ sicut forma aliox sacrox cōsistit in ꝓmone et ope vt baptism⁹ in verbis illis baptiso te ꝛc. Et in ope scz in mersione bapti sati Et sic de alijs sacris Sic hui⁹ sacri forma cōsistit in ope et ꝓmo ne In ope q̄dē in illa scz signatiōe mēbrox in forma crucis In ꝓmo ne vero in ꝓlatione hox verbox Per istā suauissimā vnctionē ꝙ suā pijssimā miam dimittat tibi deus quicq̄d per visū peccasti Et sic de ceteris mēbris Nec iterat̄ ista for/ ma sup eandē materiā per replica tionē verbox qr nō oīno sūt ea/ dem verba vt ptz. licet in ꝑte eaꝺ esse videant Sed cū multiplex sit vnctio et multiplex verbox ꝓlatio qr ad singula mēbra singule fiunt vnctiones. et ꝓpria verba dicūtur Nunq̄d ad inunctionez oculox di mittunt eox pcā Et sīr ad alias inunctōes aliox mēbrox alia eox pcā. vel an oia pcā simł dimittā tur Dicit ꝙ oēs alie ille inunctio/ nes licet fiāt diuersis tpibus tñ ꝑ eodē tpe scz ꝑ vltimo instāti ꝓla tionis et oplete inunctionis facte censent sicut in siki dictuz est sup in cōsecratione eucharistie Nā sic hic ē tūc eni oīa pcā simul dimittūt scz in vltimo instāti toti⁹ inunctio/ nis et ꝓlationis verbox ꝑ quo fiūt omnes inunctiones

Quis sit debitus ministro extreme vnctiōis Clxx.

Et ministro aūt hoc ē tenē dū ꝙ solus sacerdos pōt hoc sacrm̄ oferre. et solus epūs hoc oleū oslecrare Q̄ꝺ patz tuz ex aūcte bti Jacobi qui in sua canōica capło vltimo dicit Infir/ matur aliq̄s in vobis inducat p̄/ sbyteros eccīe. et orent sup eū. vn/ gentes eū oleo in noīe dñi ꝛc. Tuz qr istuꝺ sacrm̄ osūmatiuū est pñie Et iꝺo pertinet ad claues que so lis sacerdotib⁹ cōferuntur.

Quis sit effectus istius sacri

Effectus autē hui⁹ sacri ꝓm magr̄m in lib sñiax ponit duplex scz sanatio corpis et spūs. vt sicut hō ex duob⁹ ostat scz ex corpe et aia Ita sit effectus hui⁹ sacri sanatio vtriusq̄ ꝫ ꝓnci/ pali⁹ mentis. qr iste effect⁹ sp seq̄t in vere penitente Et ista sanitas mētis in duob⁹ osistit scz in pcōx remissione. et in virtutū āpliatiōe

Quid hic res et quid sacramentū sit

Sciatis vt sciatis q̄ꝺ sit hic res et q̄ꝺ sacrm̄ Nōnꝺ ꝙ ꝓm q̄sdā sacrm̄ hic est ipe vsus olei. siue osignatio cum oleo Res aūt ē ipa gr̄a spūsci. q̄ dicto mō efficit sanationē mētis. et etiā q̄nq̄ corpis. qñ scz expediēs fuēit Scōm alios aūt sacrm̄ ē ipz oleū Res aūt gr̄a spūsci ꝛc. Est aūt in/ uenire inē illa plīmā sīlitudinē q̄a gr̄a spūsci ad modū olei linitia ē morbi spūalis. letificat etiā et oso

latur ab hac vita exeuntez Nñ in ꝑs. Ut exhilaret faciē in oleo id ē mentē q facies interior est in oleo extreme vnctionis Et panis.i. eucharistia que inunctis exhibeꝫ cor hominis confirmet.

Quis sit ꝓceptibilis huiꝰ sacramenti

Quis aūt perceptibilis sit huiꝰ sacrī Dicit ꝙ nō oīmi morbo vexatꝰ ꝫ solū morbo grauiori in quo timeꝫ piculum mortis Tam qz ois egritudo cor poris crescēdo ꝑt reducere hoiem ad obitū in oīmi morbo cum ceꝑit imminere periculū mortis poterit istud sacrm dari Sed nūqd puuli et ignorātes et amētes pñt inungi Dicit ꝙ nō Cū eni hoc sacrm nō debeat dari nō recognoscētibus. et nō postulātibꝰ ipm Tales autē sūt puuli et ignorātes. qui oīmino vsū rōnis amiserūt Et furiosi nisi habuerint dilucida interualla Dr ꝙ hmōi inungēdi nō sūt Posset ei esse piculū tā in irreuerētia. qꝫ etiā in imūdiciis que hmōi hoies ꝺcomitant Si tñ furiosi habuerint lucida interualla. posset in illis interuallis inungi si imineret periculuz mortis

De loco vnctiōis

Et locis aūt vnctionis est variatio apd diuersas ecclesias Hoc tñ sp tenēdū est ꝙ loca dnqz sensuū ꝑncipaliē inungenda sūt. sicut oculi. aures. nares. pedes et manꝰ Quidā aūt addūt pectus et renes. et vmbilicū in qbus delectatio ē venerea licz nō opteat

Sed vbi inungēdi sūt mutilati Dicit ꝙ in loco mutilationis. qz licz mēbro careant. nō tñ carent pōn q oplet adꝰ pcī ab intra. licet nō ab extra Et ideo vt expiet pcm cū mēbrū nō supsit. in loco insciōnis vel in loco illi mēbro maxime vicino inungēdus est

De sacramēto ordinis et ptinētibus ad ipm in generali

In sacro ordinis ꝑmo occurrit dicendū Quid sit ordo Quid ibi ꝑ materia et qd ꝑ forma Quot sūt gradus et sufficiētia eoꝝ Quot sē de nēcitate huiꝰ sacrī Qui ordines sacri. et quare sic dicantur

Quid sit ordo et qmō diffinit

Diffinit aūt sic a magro in lib sñiaꝝ Ordo ē signaculū qdā sacrū quo spūal ptās tradit ordinato et officium Alē qdā antiqꝝ magroꝝ ita diffiniūt Ordo ē sacrm spūalis ptātis ad aliqd officiū in eccīa ordinatū

Quid in sacramento ordis sit materia Et qd res sacri

Dico aūt sit hic ꝑ matēia et qd ꝑ re sacrī a qbusdā dr ꝙ hīc in baptismo tria sūt Unū scilz ꝙ tm est sacrm. s. aq vel tinctio cū vbo Et aliud qd est res tm scz remissio pcī. vl collatio gre Et tertiū qd ē res et sacrm. s. caracter baptismal Sic hic ē aliqd qd est sacrm tm scz illa signa visibilia cuz vbis qbus spūalis ptās tradi oñdit Ut in hostiariis tra/

ditio clauiū cū verbis ad hoc pti/
nētibus In lectoribꝰ traditio libri
ꝓphaꝝ cū ẏbis ad hoc institutis
Et sic de aliꝭs Et aliq̄d qđ est res
tm̄ scz gr̄a spūsc̄i infusa.vel ptās
spūalis Est et aliq̄d qđ est sacr̄m
q res scz caracter qui imp̄mit Alij
ponūt duo ꝓza ꝓ sacr̄o q re Scz
tūc circa ħ ordi dubiū cū dicat q
hoc sacr̄m sit aliq̄d sacratū signū
exteriꝰ cū ẏbis ad hoc ordinatis.
Et in q̄busdā ordinibꝰ sic in sacer/
dotio sit ꝓ sacr̄o impositō manuū
cū forma ẏboꝝ An si ab vno ẏba
ꝓferant et ab alio manꝰ imponat
ordo ꝺferat Et ptz q nō. Ut in
decreto di.xxiij.c.quozūdā clerico
rū et ex textu et ex glosa

Quot sūt ordinū gra

dus et' vñ eoꝝ nūerus q sufficiētia

Quot aūt sint ordinū gꝺ
dic magr in.iij.sñiaꝝ q sc
vij.scz hostiariat'.lectoris
exoꝛcistę.acoliti.ſbdiaconi diaco/
ni q p̄sbr̄i Quoꝝ est ꝺficē corpus
xp̄i qđ ē excellētissimū officioꝝ hu
manoꝝ Et iō sup̄ sacerdotiū nō ē
ordo supioꝛ.imo nec ep̄atus.nec
archiep̄atus.Quoꝝ numerū q suf/
ficientiā sic potēis accipe Ordinū
vnꝰ ē supmus et ꝓncipal scz sacer
dotiū Alij scd̄arij q huic debuiētes
Supmꝰ ordo duos habet actus
scz ꝓncipalē qui ē cōficere corpus
xp̄i Et scd̄ariū qui ē ꝓpm p̄para/
re vt idonee cōficet Scd̄arij autez
ordines et huic supmo ordini deb/
uiētes Aut debuūt ei q ad actum
suū ꝓncipalē aut quo ad actū suū
scd̄arium Si quo ad actū suū ꝓn/
cipalē qui ē ꝺficere coꝛpꝰ xp̄i tunc
est ptās sup hostias ex q̄bꝰ ꝺficit
coꝛpꝰ xp̄i Et ħ p̄t esse duplr Qz
aut in ꝺpatione q̄ ad ꝓpm q eas
offerūt tēplo Et sic ē ordo subdia
conatꝰ Subdiaconi eni interest ac
cipe hostias a ꝓplo et reponē in p̄
sbyterio vt ip̄as ministrare possit
diacono vt dic̄ ysid̄.Aut est ptās
sup hostias in cōpatione q̄ ad sa
cerdotē.et sic ē ordo diaconatꝰ cu
ius est hostias oblatas ponere sr̄
altare et ordinare vt eas ibi ose/
cret sacēdos Si aūt ē ordo debui/
ens sacēdotio q̄ ad actū suū scd̄a/
riū scz ad p̄pandū ꝓpm tūc a deb
uit ei in amouēdo malū.aut in oꝛ/
dine ad bonū Si ꝓmo mō tūc ite/
rū ꝺtingit ħ duplr.s.aut amouen
do malū qđ ē ab ex̄.et sic est ordo
hostiarioꝝ q̄z officiū ē indignos
et viles excludē ne violēt locū cōi/
onis fideliū.aut amouēdo maluz
qđ ē ab intra.et tūc est ordo exoꝛ
cistarū q̄ꝝ ē arcere vim demōis p
adiuratiōes ne impediat ꝓceptōz
sacr̄oꝝ Si aūt ordo debuit sacer/
dotio in ordie ad bonū.tūc ꝑt eē
duplr Aut ex ꝑte intellect' et tūc ē
ordo lectoꝝ quoꝝ officiū est legē
apte et distincte ad illūinationē in
tellect' Aut ex ꝑte affect'.q tūc est
ordo ceroferarioꝝ qui in signum
ignis spūalis accēdendi in coꝛdi/
bus nr̄is cereos flāmiferos defe/
rūt Et hi sūt acoliti Acolitus eni
grece ceroferari' ꝺr̄ latine Alij vo

lūt ꝙ nouē sūt ordines in eccīa mi
licāte sic sūt nouē ordines āgelo⁊
in eccīa triūphāte Et ꝑm q̄sdā illo
rū epat⁹ q archiepat⁹ ostituūt du
os grad⁹ q̄ additi septē ꝓcedētib⁹
faciūt nouē Scōm alios corona
est ꝑm⁹ ordo q epat⁹ vltim⁹ et sic si
ūt nouē cū septē ꝓnoiatis Ḥz ꝓ⁊
sñia potio⁊ ē in ospū moderno⁊

Quot ⁊ que

sē de nēcitate
hui⁹ sacrī

Sequit dicē quot et q̄ sē de
nēcitate h⁹ sacramēti Et dr̄
ꝙ sex ꝓcipue. scz sex⁹ virīl⁹
Jñ mulier nō ē susceptibilis ordi
nis Jtē ꝓcedens baptism⁹ q̄ eē est
fūdamentuz cetero⁊ sacro⁊ exce/
pto diugio Jñ si aliq̄s non bapti
satus ordinarē nihil reciperet. vñ
oportēt post baptismū si vellet ali
quē ordinē exeq̄ ꝙ ite⁊ ordinarē
Jtē ptās ordinātis qr q̄ nō ē eps
ordines oferre nō ꝓt Jtē intentio
recta. vt scz ordinās intēdat facē
qđ facit eccīa et sīlē ordinād⁹ ꝑm
q̄sdā Jtē matēia seu sacrm vt tra/
ditio libri et sīlū cū forma ẅborū
Jtez tēp⁹ seu etas ꝑm aliq̄s qm̄ si
puul⁹ ordinē etiā ꝓcedētib⁹ alīs
gradib⁹ nihil recipet. cū ꝑm eos i
ꝺ sacro exigat tā intētio recipien/
tis ordinē q̄z oferētis Paruul⁹ aūt
qr nō ḥz vsū liberi arbitrīj. nō ḥz
intētionē Alīj volūt ꝙ etas sit de
ogruitate et nō de nēcitate h⁹ sacrī
Et ideo in ꝓco casu puulus ꝑm
eos recipit caractērē nec ꝑm eos ē
reordinād⁹ ffr albert⁹ vult ꝙ in
alīs ordinib⁹ etas sit ꝺ ogruitate
ꝯ ꝙ in vltimo ordine q̄ est sacerdo
tiū ē de nēcitate Jñ plane vult ꝙ
ordo sacerdotīj nō possit paruulo
oferri Jtē ieiuniuz ꝑm aliq̄s eo
ꝙ ꝑm eos pransus nō oferret or/
dinē nec suscipet Alīj fere oēs vo
lūt otrariū Multa ꝓterea sūt de
honestate⁊ ogruitate tā ex pte cō/
ferētiū ordines q̄z ex pte tpis. que
reples expresse in sūma Raymū. li.
tertio in ꝓncipio et osequenē

Qui ordines sint sa
cri⁊ quare sacri dicunē

Qstremo notandū ꝙ licet
oēs ꝓdicti septē grad⁹ sa/
cri sint. q̄tuor tñ ꝑmi mino
res ordines nō dicunē sacri ꝯ solū
tres maiores scz ordo subdiaco/
nat⁹. ordo diaconat⁹. q ordo ꝓsbi
terat⁹ Et hoc ꝓpter dignitatem q̄
inducīē ministrantib⁹ in trib⁹ ma/
iozib⁹ ordinib⁹. oportet eni eos vo/
uere otinētiā vel simplicīē vel ꝑm
tēp⁹ Similiter in tota ecclesia occi/
dētali vbi nō dātur isti tres ordi/
nes nisi vouētib⁹ ipo facto perpe
tuā castitatē Scōm temp⁹ vt in
oriētali eccīa vbi q̄ in matrimonio
ordinē recipiūt in mr̄imonio ꝑma
nent. Sed tñ dum ministrāt absti/
nent ab vxorib⁹ Jnsup illis mortu
is alias ducē non possūt

De sacramento coniu
gīj et pertinentibus ad ipm

Sacramēto cōiugīj non
multa necesse est hic dicē
eo ꝙ in sūma Raymūdi li

bro.iiij. de hoc sacramēto sufficiē/ ter tractet Sūt quedā tn que ibi/ dem nō tāgunt de quib⁹ hic aliq breuiter memorāda sunt videlicet An istud sacramētum sicut alia sa cramēta oferat grāz ꝛ efficiat qđ figurat Quis sit ei⁹ effect⁹ An op⁹ oiugale possit fieri sine pcō. an de beat reddi debitū oiugale tpe im/ pregnatiōis. itē an debeat reddi tēpe et loco sacro. itē an semp de/ beat reddi cum petit. Quid hic sit materia ꝛ forma. et quid res et sa cramē tum

An sacramentum cōiugij oferat grām et efficiat qđ figurat

Resuppositō ꝙ matrimo/ niū ē viri et mulieris oiū/ ctio legitima individuam vite osuetudinē retinēs. q̄ diffinitō datur ꝑm naturam optime institu tā. qz tūc vna et pura fuit. ꝓtermis so etiā tractatu de causa institutio/ nis hui⁹ sacramēti. et vbi institutū fuit. et qui pñt cōtrahē et qui non cū aliq̄b⁹ aliꝭs circa hoc sacramen tū nēarꝭs. que exꝑsse libro q̄rto sū/ me Raym. inuenies. nūc querēdū venit an hoc sacramentū sicut alia ofert grām et efficiat qđ figurat Vbi triplex cadit opinio Prima dicit ꝙ nō ofert aliquā grām. sed cū alia sacramēta significēt grām et oferāt. istud tm̄ signat gratiam ꝛ nō ofert Hec est opinio magꝭ in .li. sñtiaꝝ. et ꝓpositi antisyodo/ ri Secūda opinio dicit ꝙ ofert gra/ tiā scz recessū a pcō nō tū in or/ dine ad bonū Et dicūt ꝙ grā illa est ꝙ virtute hui⁹ sacrī mitigat cō cupiscētia. ne ferueat vltra nuptia rū honestatē Et hec opinio ꝓbabilior videt Tertia ꝙ satis perito rum opinio ē ꝙ cōfert grām etiā in ordine ad bonū Nō quidē gene raliē sed ad bonuz hoc tm̄. qđ de/ bet facē cōiugat⁹ Et istud bonuz est vt fideliter cōiugi assistat. opa sua illi cōicet. plem susceptā religi/ ose nutriat et hmōi Et ꝑm hoc pa tet ꝙ efficit grām quā figurat sed non omnē quam figurat. sicut nec oporteret figurat q̄ppe diūctionez fidelis aie cū xp̄o que q̄dē est effe/ ct⁹ ei⁹ nō otent⁹ qđē ꝛ significat⁹

Quid sit eius effect⁹

Ex p̄missis igitur habes ꝙ duplex est effectus matri/ monij Vn⁹ scz nō otent⁹ ꝛ tm̄ significat⁹. scz diūctio fidelis aie cū xp̄o Alt⁹ otent⁹ et signifca tus grā scz q̄ mitigat fomes et q̄ fideliē oiugi assistit

An amplex⁹ maritalis possit fieri sine pcō

Utrū aūt fieri possit āple/ xus mr̄imonialis sine pec/ cato vl meritorie post hec venit dicēdū Et dicit ꝙ cause q̄/ tuor precipue sunt ꝓp̄ quas fit cō mixtio cōiugalis Aut eni fit causa suscipiende prolis. et hoc onpliciē Aut scz ad cultum diuinum ampli andum et hec causa sic cognoscen di vrozem ab omni peccato exeu/

fat et reddit op⁹ meritoriū dūmō ista intētio añ finē opis p delectationē nō corrūpat Vel fit causa plis vt scz habeat successor hēditatis⁹ hec causa nō excusat a venali sed a mortali Aut fit causa reddēdi debitū et hec cā excusat a culpa et ꝑm aliquos merē sic faciēs dū tm ista intētio p inordinatā voluptatē añ finē opis nō supplātet Aut fit causa fornicatiōis vitāde et hec causa excusat a mortali. aut fit causa exsaturande libidinis et hec cā nō excusat a mortali Vel ꝑm alios in hoc vltimo casu distingue qz aut illa libido cā cui⁹ exsaturāde fit admixtio coniugal⁹ tātū reꝑssa erat q̄ eā nollet alē coniugū cū alio vl alia explere. et tūc dicūt q̄ adhuc ē pcm veniale Aut in tātū creuerat illa libido vt indifferēter vellet q̄s eā sine cū sua sine cū non sua explere Et tūc dicunt eē mortale peccatum

An tēpore impregnationis debeat reddi debitum coniugale

Ꝺ Et tpe impregnatiōis dr q̄ ꝑ periculū non debet in tpe impregnatiōis vxor agnosci Ñ si vir eo tpe moueatur ad coitum. debz rōne talem motū ꝑ timorē pōi piculi refrenare. maxime q̄tuor ꝑmis mēsib⁹ Si tm vir vxorē dō tpe agnouerit nō ꝑ ꝑ peccat mortaliē Verū eē q̄ mulier illo tpe maxime coitū vt frequēter appetit. si ipa petat et ipe vir exact⁹ reddat sic reddēs leui⁹ peccat. exigēs .2o grauiꝰ vter q̄ tm venialiter tm

An tempore et loco sacris debeat reddi debitum

Ꝺ Et tpe sacro silīt dr q̄ tpe q̄dragesime et q̄tuor tpm et rogationū et ꝓcipuaꝝ solēnitatū nō debz alter cōiugū debitū petē si tm petierit cū pigentia tm animi q̄ sine coniugij vsu eē nō possit venialiē peccat Si aūt alē petierit reddat. ex actu tm iustitie fide thori excusat a pcō nisi i his casib⁹ ꝓter tpm hmōi solēnitatem aliq̄o iuxta distinctiones supposi/tas grauius incideret quod peccatuz aggrauaret. Sz secus est de loco vt volunt aliqui q̄ scilicz nō tenentur in loco sacro reddere debitum si aliquis alius loc⁹ haberi possit. Si āt ali⁹ loc⁹ nō possit hēri vt ingit in tpe guerre vbi multis noctib⁹ in locis sacris iacēt viri cū vxorib⁹ suis. tūc si alter coniugū soluat exact⁹. hns de hoc dolorez cordis peccat tm venialiter imo si exigat cū plāctu et pigentia q̄ sine vsu coniugij eē nō ꝑt. nō credūt multi q̄ peccat mortaliē Nec credas q̄ tūc examinet loc⁹ ita q̄ recōciliatiōe indigeat. quia examinatio sacri loci distinguit duplicit Una que ꝓcedit ex incōgruitate operis q̄ fit in ipo respectu dicti operis in se Et alia que procedit ex incōgruitate operis non q̄ ad se sed q̄ ad cōsecrationē seu actuz ipsius loci in quo fit Nam illa que

procedit ex incōgruitate respectu loci tm̄ et nō opis in se non contaminat locū in tātū ꝙ indigeat reconciliatiōe Sed illa vero que ꝓcedit ex incongruitate ad sanctificationē loci respectu operis in se vt est in magnis facinorib⁹ sicut in stupro adulterio homicidio et h⁹modi et hec locū ꝺtaminat in tātū ꝙ recōciliatione indiget maxime respectu aliquorū facinorū vbi sē manifesta

An semper debeat reddi debitū ꝺiugale cū petit

De solutione aūt debiti cōiugalis hoc tenent aliqui ꝙ omni tēpore petenti debitū est reddendū ꝑm opportunitatem loci Quod ideo dicit quia ille act⁹ verecundiā q̄ndā habet sibi ānexam Nā nō oportet ꝙ soluat in publico sed in omni hora omni q̄ ꝺimisso negotio si scit alterū esse in periculosa cōcupiscentia tenetur captare secretū cubile et debitū reddere Alij ꝺistinguūt ꝙ sic in preceptis affirmatiuis semper ad ea tenētur sed non ꝓ semper vt Vbi gratia Semꝑ teneor honorare parentes meos sed nō ꝓ semper sed solū ꝓ loco et tempore Ita hic vt ꝺicūt quis ad semper tenetur reddere debitū sed non tenetur ꝓ sp sed solū cū opportunitas loci et tpis h̄ exegerit Et nota duos versus q̄ determinant q̄n q̄ casus .in quibus quis pōt reddere debitum sine peccato ℈ non petere Festa sacerq̄ locus ieiunia menstrua part⁹ Si petis his peccas reddis q̄nq̄ licēter

Quid sit materia et q̄ forma in sacro cōiugij

Quid autē sit materia q̄ forma .ꝺicitur ꝙ materia sunt legitime ꝑsone in potētia ꝺimixtionis sexuū exñtes Circa q̄ multi difficiles et diuersi casꝰ occurrūt hoc sacramentum matrimonij impedientes qui sufficienē in summa Raymundi determinātur.quare hic causa breuitatis nō exprimuntur sed solū ꝓ quadaꝝ compendiosa annotatione ponūtur sex versus sequentes Ecclesie vetitum necnon tempus feriarum Impediunt fieri permittunt facta teneri Error conditio votū ogna tio crimen Cultus disparitas vis ordo ligamē honestas Si sis affinis si forte coire neq̄bis hec sociāda vetāt ꝺnubia iuncta retractāt. Forma autē est cōsensus per verba exp̄ss⁹ vt accipio te in meaꝝ ūc vel huiusmodi Scōm alios consensus amicorū est materia in cōiugio forma āt est debita verboꝝ platoꝝ forma s. Accipio te in meam ūc Sed nunquid et iste consensus debeat ferri et esse ad carnalem copulam Et ꝺicit magister in libro sententiaꝝ ꝙ nō in carnalem copulam nec in cohabitatiōnez corporalem sed in societatem

Compendiū theologie

cōiugalē. qō sic exponīt hoc est in carnale debitū. nō in carnalē actū Nec obstat illud de matrimonio beate virginis q̄ p̄m beatū Aug̃l. ita in matrimonio ꝺsēsit q̄ nisi aliter deꝰ iuberet. debitū ꝺiugale nō redderet Dit enī sic Cōmittēs autē virginitatē suā diuine dispēsatiōi et ꝺsensit in carnalē copulā nō illā appetēdo ꝟ diuine inspirationi in vtroq; scz et virginitate et ꝺmixtione obediēdo Sed virginitatem quā nō dū vouerat in desideio habuit et cū firmo ꝓpōsito. cōmixtiōnē vero illā nisi deꝰ aliter disponēt in sufficiētia Ex his satis patet qō hic sit sacramētū et qō res Nā sacramētū est ꝺsensus aioꝝ et ꝺiunctio corꝓoꝝ Res aūt duplex ē scz vnio xp̄i et ecc̄ie Jtē vnio duarum naturarū in xp̄o Nā sicut in matrimonio cōiūctio est aioꝝ vnīꝰ cum vna ita vnīt xp̄s cū ecc̄ia q̄ vna ē vt dr̄ Cant̄. vi. vna ē colūba mea ꝛc Ad q̄ etiā vnione dr̄. i. Ad cor. vi. Qui adheret deo vn' spūs est cū eo Jtē sicut in matrimonio ē cōmixtio ꝺuersoꝝ sexuū ita in xp̄o ē vnio duaꝝ ꝺuersaꝝ naturarū scz ꝺiune et humane

Explicit tractatus tertius de expositiōe. vij. sacrōrū

de septē virtutibus

Incipit tractatus eiusdem ārtꝰ de. vij. virtutibus et eaꝝ declaratione

Vnc aliq̄ tāgēda sunt de vtutib' Et p̄mo qō sit vtꝰ in genere Quot sūt in nūero. et de earuz sufficiētia Deiñ de singulis in spēali erit aliquid dicēdū

Quid sit virtus in generali

Est aūt virtꝰ ꝺm Aug̃l. bona q̄litas mētis q̄ recte viuitur et q̄ nullꝰ male vtitur quā solꝰ deꝰ in hoie opat Notanter dicit bō q̄litas ad dr̄az malaꝝ q̄litatū cuiusmodi sūt prodigalitas auaricia Addit mentis. ad dr̄am corꝓaliū q̄litatū. q̄les sūt albedo nigredo Et subiūgit. qua. scz vtitur. cē viuit. ad dr̄az scie que q̄uis sit bō q̄litas mētis. non tñ nc̄ario ea r̄ce viuit ꝟ potiꝰ ea r̄ce intelligit Et addit. q̄ nullꝰ male vtit. ad differētiā potētiaꝝ naturaliū q̄b' cōtingit q̄ bñ vti q̄ male vti. cuiusmōi sē rōnabilitas. q̄ ocupiscibilitas. q̄ trascibilitas. q̄ ꝓprie potētie dicūt Dicit ēē q̄m solꝰ deꝰ opat in hoie. qō ponit ad dr̄az vtutū politicarū. q̄ vt vult pl̄s in Ethicis generātur ex frequēti bñ agē. cū virtutes theologice a deo infūdantur Ex q̄ apparet q̄ p̄cedēs diffinitio est ꝓprie virtutis theologice Ex prout virtus oñdit tā quatuor virtutes cardinales q̄ tres theo

logicas sic ꝑt diffiniri Virtus est amor hñdi se ad oia vt debeť Jñ Aug⁹. in libro de moriб⁹ eccie. singulas diffiniēs vtutes. in oiб⁹ diffinitiōib⁹ ponit amorē tanq̄ gen⁹ et adiungit diuersos actus quasi diuersas differētias

Quot sunt virtutes ⁊ de earum sufficientia

EX dicta ät diffinitiōe extrahi ꝑt nūer⁹ septē vtutū scz q̄tuor cardinaliū et trium theologicaꝝ Cū eni virt⁹ sit amor hñdi se ad oia vt debeť. aut erit amor hñdi se vt debeť ad creatorē. aut ad creaturā Si ꝑmo mō tūc vel erit amor ad creatorez vt recognoscať et sic erit fides q̄ ē illuminatio mētis ad ognoscēdum deū Aut erit amor ad creatorē vt possideať. et hoc dupl̄r scz vel vt hñd⁹ in futuro. et sic est spes vel vt qūo hic iā habit⁹ ⁊ tēt⁹. et sic ē caritas q̄ ds licet ꝑ quēdā modum impfēm hz hic deū Quia q̄ manz in caritate in deo manet ⁊ de⁹ i eo .i. Joб. iiij. Si aūt sit amor hñdi se vt debeť ad creaturā tūc vl ad creaturā q̄ sub nobis ē vt caro. et taľ amor sic hñdi se ad eā vt debeť ē tēpantia Aut ad creaturā q̄ iuxta nos ē sīc ē ꝓrim⁹. et taľ amor sic se recte hñdi ad eū ē iusticia Aut ad creaturā q̄ otra nos ē. et tūc aut illa creatura ē nobis insidians. et taľ amor sic se hñdi ad eā vt debeť ē prudētia aut illa creatura ē nos molestās. et talis amor sic se hñdi ad eā vt debeť est fortitudo.

De tribus virtutibus theologicis

Et ꝑmo de fide

IN spēali tāgēdū ē de vtutib⁹ theologicis Et ꝑ⁹ de fide De q̄ ꝑmo dicēduz q̄do sit. q̄t modis dicať q̄ sit fides informis ⁊ q̄ formata ⁊ vtr⁹ vna sit alia. et an dēmōes habeāt fidē. vtr⁹ puuli baptisati hēant fidē. vtr⁹ in aliq̄ casu sufficiat huare fidē cordeꝝ diffiteri ore. vtr⁹ fidei possit subeē falsū. an oēs teneātur ad fidē explicitā.

Quid sit fides et quō diffinitur

Secūdū ät aplm ad hebr. Fides ē rerū sperādarum substātia argumentū non apparētiū Et diffinit hic fides ꝑ ut est fūdamētū in edificio spūali Subsistit eni oiб⁹ alijs virtutib⁹ et eas collocat in nobis. i. facit eas i noб collocari Et hanc sic intellige diffinitionē Fides est sperādarum rerum ſba. i. fides facit modo res speratas subsistē in noб spe q̄ tandē ſbsistēt re fides dr̄ argumētū .i. ostēsio vel ꝑmōstratio nō apparētiū rez Sz nōne apli crediderť ꝑm passū? vtiq̄ qr in eoz symbolo b̄ ꝑ articulo ponit. et tñ apparuit eis passio sua Sz dic q̄ aliō viderūt ⁊ aliō crediderť qr hoiez passū viderūt et deū passū crediderunt. Deum autem passum esse est articulus fidei secundūz Aug⁹. Non hominem illum passum esse Quia hoc crediderunt iudei qui

Compendiū theologie

fidē nō hñt catholicā Scōm aūt augustinū Fides ē illūinatio mentis ad videndū deū

Quot modis fides dicat

Dicit aūt fides multiplicit Aliqñ enī accipit p habitu fidei informis Ūñ Jacobi.ij. Fides sine op̄ib⁹ Aliqñ accipit p habitu fidei formate Ūñ ad hebreos.xi. Sci p fidē vicerūt regna Aliqñ p actu fidei formate p̄m q̄ dicit Aug⁹ Fides est credere q̄d nō vides Aliqñ pro facilitate credēdi Ūñ Matb.viij Nō inveni tātā fidē in israel Aliqñ pro obiecto fidei scz p eo q̄d credit cuiusmodi sūt articuli fidei Ūñ in symbolo athanasij dicit Hec est fides catholica q̄d intelligit de articul ibi positis

Quid sit formata q quid informis. q utr vna possit fieri sine alia

Fides autem formata est fides q̄ opat p dilectionē q̄ scz informat gr̄am q caritate Fides aūt informis ē huic cōtraria vtraq̄ fōrbilitate p̄uata q̄libēt hñt exñtes in pcō mōli q̄ nihil aliud ē q̄z potētia naturalis assētiēdi veritati vtili Utrū aūt fides informis fiat q̄nq̄z formata vl non et an q̄tiēs peccat mortaliter oio pereat fides formata.et cū ad statuz gr̄e p pñiam redit vtrū nova fides creat Multi vident dubitare Dicūt ei aliq̄ q̄ fides informis eadē ē i essentia cū fide formata. ꝯ differūt p̄m intēsionē maiorē et minorē vt assens⁹ veritati aliq̄ illustratiōe gr̄e irradiatus sit fides informis.ascēsus aūt vehemēs multa illustratiōe gr̄e illūinatus. sit fides formata Et volūt isti q̄ fides informis hic finiri possit formata ẋo nō Alij dicūt q̄ nō sūt eadē in substātia ꝯ euacuata siue recedēte fide formata totum perit Et relinquit tātū modica quedā lux in aia q̄ nō facit hominē gratū q̄ dr fides informis Alij distinguūt q̄ duplicit dicit fides informis vno mō p p̄uationē actualez forme debite Et p hūc modū dicit fides informis eē in pcōrib⁹.qz nō est in eis gratia gratificās vel caritas Alio mō dr fides informis p p̄uationē possibilitatis ad formā debitā.et hec fides informis ē in demonib⁹ q̄ nō hñt possibilitatez ad gratiā Et p̄mo mō dicta fides informis sic differt a formata q̄ tñ formata fieri possit scz q̄ illud q̄d fidei informi subiacet pōt formari Ūñ matēialit loquēdo hec p̄t fieri illa.sic cecitas in oculo p̄t fieri vl⁹ p miraculū Sed scōo mō dicta fides informis oio differt a fide fōrta Et illud pl⁹placz aliq̄b⁹ Et his pz an demōes habeāt fidez hñt eni fidē informez vt dicūt sci Sed vt dixi multo alit ꝯz pcōres q̄niā fides informis demonū nō ē possibilis ad formā debitaz sic fides pcōr in q̄ ē aliq̄ q̄uis modica illustratio gr̄e Jn fide ẋo demonū nlla ꝯ tñ credulitas q̄dā ex cogitatiōe naturali exorta

Vtrū puuli baptisati habeant fidem.

Ad id qō q̄rit vtruz puuli baptisati fidē hēant Dicūt q̄dā q nec fidē hēant nec ceteras v̄tutes. eo q hanō ꝺ ferūtur eis in baptismo ꝫ tm̄ purgatio ab originali pcto Dicūt tm̄ q si aia puuli post baptismū separetur. in illa sepatione illi infūdi fidem. ceteras q̄z virtutes ab ipso deo Et similiē cū adultus efficiaē si tm̄ retineat innocentiā baptisma lem De hac opinione est hugutio qui fecit apparatuz super decreta Alij dicūt puulis plene fidē et ceteras virtutes in baptismo infūdi sed nō vsus eaz Quā opinionem tenet magr̄ in lib̄ sñiaz et alij plures Est et alia opinio iné has duas media que ponit q puuli nec hñt cōpletū habitū virtutuz. neqz actū. qz nondū sūt capaces virtutis ꝺplete vt est habitus vel actus Sed accipiunt virtutes ad potentiam. que potētia aliqꝺ habet de natura habit⁹. et fit habitus ꝺplet⁹ si aia separeē vel cū veniūt ad etatē adultam.

Vtrum in aliquo casu

sufficiat corde seruare fidem. et ore diffiteri.

Vtrū aūt in aliq̄ casu sufficiat verā fidē corde tenē. et p vita saluanda ore negare. nullus discretus dubitat Negans eni fidē ore q̄ntūcūq̄z retineat firmiē corde p̄cipue requisitus peccat mōrliter Corde eniz vt ait aplꝰ creditē ad iustitiā ore aūt cōfessio fit ad salutē Nñ fine ꝺfessione fidei nō videē esse salus. quāto min⁹ cū negatione Insup talis impugnat fidei v̄itatem agnitā Et sic videē quodāmō peccare in sp̄i ritūsēm Nñ hec est hereſis p̄scilliaristarū qui dicūt q p vita saluāda licet fidē ore negare si tamē vere teneatur in corde.

Vtrū falsū possit

subesse fidei

Hic dubitaē vtrū falsum possit subesse fidei Hoc ē vtrū falsū possit credi. vel io qō nō est puta cū sacēdos eleuat hostiā nō ꝺsecratā vtrū sit vera fides qua a toto pp̄lo creditur ibi esse vel illud esse corp⁹ xp̄i. Et dicē ad hoc q fidei nūq̄z p̄t subesse falsū nec dubiū. imo nec etiaz pōt quit q̄z credi. nisi sit infallibiliē verum Nñ in p̄dicto casu credere q illud siue illa hostia sit corp⁹ xp̄i nō est fides sed opinio tm̄ que pōt esse de falso Sed credē q sub illa hostia si in forma debita ꝺsecrata fuerit sit corp⁹ xp̄i est fides. et hoc sp̄ infallibiliē ē vez Nñ illa cōditio sp̄ apponēda vel ad min⁹ supponēda ē qñ hostia adorat. vl̄ sumitur. s. si rite ꝺsecrata fuerit Hostia rite ꝺsecrata infallibiē est corpus christi.

An omnes teneant ad

fidem explicite credendā.

Oniq̄z an oēs teneant ad fidē explicitā. s. ad credendū articlos fidei explicite

dubiū est apud ꝙsdā. Dicūt enī alii quī ꝙ nec añ aduētū nec ꝑ aduē/tū xp̄ī tenebantur homines scire omnes articulos fidei explicite nec etiaz oēs explicite credere nisi in q̄ntū docti erāt a maiorib⁹ Et illā doctrinā in intellectu capere poterāt Sed tñ adhuc illi qui p̄cesse:rūt min⁹ tenebanť ꝓpter vmbram que tūc erat Isti aūt plus ꝓpť doctrinā et veritatē exp̄ssā Añ nūc q̄libet q̄ntūcūq; simplex qui hūa/nam habz discretionē teneť ad minus explicite scire et credere p̄mū articulū Et reliquos nullatenus diffiteri. ꝯ in generali credere quicq̄d sca et vnis credit eccīa Et tenetur p̄ter hoc se paratū exhibere ad ampli⁹ discendū cū doctorē catholicū habuerit Et qm̄ obtusū sensū hñt simpliciores nō credo ꝙ tenean/tur ita explicite scire sic̄ explanatur eis. q; sufficit ꝙ ipi accipiāt explanationē p̄m suā ptātem intelligēdi. q nō p̄m volūtatē aut facultatē explanatoris Si aūt p̄mū articulū vel plēs etiā alios explicite crederēt. vni tñ ptinaciter cōdicerēt heretici iudicarenť Quia hoc fieri nō posset nisi egressi iudiciū eccīe pueruli hereticoz iā per doctrinā puersā esse incipent Secus tñ est de sapiētioribus qui tenētur explicite oēs articulos scire Et maxie plati aut quicūq; alij qui se fatenť doctores. cū ignorātia iurīs. nō cadat in p̄ncipē aut doctorem.

De virtute spei et per/

tinentibus ad ipsam

Sequit aliq̄d dicere de spe Prio q̄d sit spes An spes possit esse malarū rerum Quoz sit spem hr̄e An ipa simul cū fide euacuabit Et q̄d succedit eis

Quid sit spes et quō diffinit

Diffinit aūt sic spes ab augustino Spes est certa expectatō future btitudinis ꝓueniēs ex gr̄a et meritis p̄cedentibus Quā sic expone Spes ē certa q̄d dicit ꝓpter hesitationē Nā spes vsq;quaq; absq; fluctuatōne hesitationis est Expectatio q̄d dicit ad d̄am op̄hensionis que erit in p̄tria. vbi nihil expectabiť ꝯ omnia p̄ntialiter habebuntur ſfuture btitudinis quod dicit ad d̄am timoris seruilis. qui ē expectatio future miserie Expectatio dico ꝓueniens ex gr̄a id ē benignitate dei ꝺsiderata Quod enī dicit ex benignitate dei cōsiderata dicitur ad d̄am desperationis que seueritatē t̄m dei ꝺsiderat Et ex meritis p̄cedēnbus quod dicit ad d̄am p̄ sūptionis. que ex dei benignitate t̄m ꝺsiderata et nō cū hoc ex meritis btitudinē adipisci credit. Et sic diffinit hic motus spei Alit sic cōiter a magr̄is diffinit Spes est audacia mētis de largitate dei cōcepta habēdi vitā eternā ꝓ bona merita

An spes possit esse malarū rerum

HN aūt spes possit esse malarū rerū dicit magr in.liij sūiaz q spes ē tm̄ bonaz rerū.et earū que ad eū spectant q̄ eaz spem gerere videt.quia ꝓprie spem habem⁹ de bonis nr̄is.non de alienis Vñ ad hoc q sit ꝓprie spes tria ocurrere dñt scz q sit respectu boni.et ꝓpr̄ij.et futuri. Vñ si aliq̄ legat Spes dici malozuz sicut apd poetā Hūc ego si potui tm̄ spare labozē Vel etiā bonozū et cōium.sicut spamus salutem bonoz qui sūt in via.vel etiam boni pñtis.intellige in talibus spem nō ꝓprie accipi sed largo modo

Quozū sit habere spē seu sperare

QEo aūt q q̄rit quozū sit spare scz an sit angelozuz An aiarū beataz in celo. Et an xp̄s spem habuerit. Et etiā an antiqui pres in lymbo.vel aie nunc detente in purgatozio spem habuerūt aut habeāt. Dicendū ē ad tria ꝑma q ꝓprie sūpto nomie spei.neq̄ āgli neq̄ aie beate neq̄ xp̄s spem habuerūt Cui⁹ ratō ē qz ꝓprie non est nisi de ꝑsenti bonitatis quā nūc hñt angeli et aie btē eo q stola corpis nō sit ꝑm doctores de ꝑsenti ꝑmio ipaz ꝟ tm̄ ipsa ctēplatio dīnitatis et humanitatis xp̄i Quia vt habet Joh.xvij. Hec est vita eterna vt cognoscāt te solū vez deū.et quē misisti ihm xp̄m Et qm̄ xp̄s btitudinē ꝑsentē in via habuit.qz ꝟhensoz fuit iō spem ꝓprie nō habuit Et si aliq̄ legat ipm spem habuisse.intelligē dū ē de im ꝓprie dcā.s.de aliq̄ spe accidētali btitudine.vtpote de glōrificatione corpis sui.cui⁹ nō ē spes nisi ꝑ posteri⁹.vel de ipo loquit scptura gr̄a mēbroz De p̄rib⁹ āt in lymbo.et de aiab⁹ in purgatorio exūtibus dicit q spem habuerūt et hñt aliq̄ntulū extenso noie. Cū eni spes sit boni futuri expectatio.p̄t esse expectatio cum oīmoda hesitatione Et tūc nō est spes. vel cū certitudine opinionis q tūc ꝓprie est spes.qualez hñt electi in via Vel p̄t esse cum certitudine scie.q scz sciant se bonū eternum adepturos Et sic min⁹ ꝓprie dicit spes Et sic isto mō sumendi spem dicit q p̄res in lymbo et purgatorio aie spem habuerūt et hñt

An spes et fides euacuabunt et quid eis succedet

QEt vltimo q̄d ponebat in q̄stione.s.an spes q fides euacuabūtur Et q̄d ipsis succedet Dicit q vtraq̄ euacuabitur Cū eni venerit q̄d ꝑfectum est euacuabit q̄d ex ꝑte est Et iō q̄a fides et spes imꝑfectionē habent euacuabunt.nec erūt scīs in celo ꝟ loco fidei succedet visio.loco aut̄ spei succedet āplex⁹ vbi videbit q gustabit q̄ bonus est dñs

De virtute caritatis et pertinentibus ad ipsam

Compendiū theologie

Jam de charitate aliq̄o dicatur Et p̄mo quid sit caritas Que sint diligenda charitate Et quis ordo sit obs̄uādus in diligēdis An oēs teneā/tur ad dilectiōz inimicoz Et itez de q̄dā alio ordine diligendoz.

Quid est caritas

Caritas p̄m magīm in.iij. sēniaz est dilectio qua diligitur deus ꝓpter se.et ꝓximus ꝓpter deū vel in deo Nec hic diffinit̄ idē per se ipm scz charitas per dilectionē.qz dilectio q̄dāmō genus est ad charitatē.et ea q̄dē cōiox.q̄uis in frequēti vsu scriptu re vnū p alio aliquotiens ponat Alia dicit̄ ab augustino in lib̄ de moribus eccie Charitas ē affectō animi recta diungēs nos deo. Et sciendū q̄ q̄ntū ad p̄oze diffinitionem eadē est dilectio qua deus et ꝓxim⁹ diligitur.qz q̄n vnū ꝓpter aliud amat vnico vtrunq̄ amore amatur Sicut idem est amor quo amat vinū et dulcedo vini Geminata dicit̄ hec dilectio ꝓpter duo dilecta scz deū et ꝓximū ꝓpter q̄d etiā dicunt duo mandata de dilectione Primū de dilectōne dei q̄d otinet tria p̄ma p̄cepta seu māda/ta decalogi pertinētia ad deū vel q̄bus ordinamur ad deū Scōm est de dilectione ꝓximi continens septē alia decalogi p̄cepta seu mā data.que nos ordinant ad proximū.sic in supioribus declaratū est

Que caritate diligen

septem virtutibus

da sint et quo ordine

Qterū vt sciam⁹ que charitate diligēda sūt Attendamus doctrinā augustī. lib̄ p̄.de doctrina xp̄iana Quatuor enim p̄m eū diligēda sūt Unum q̄d sup̄ nos est scz deus Alterq̄d nos sum⁹ scz anima Tertiū quod iuxta nos est.s. ꝓxim⁹ Quartū q̄d infra nos est.s.corpus De scōo aūt et q̄rto nulla p̄cepta spēalia data sūt Quantūcunq̄ eni homo excidat a charitate semp tamē illi remanet affectio ad se ipm et ad carnē suā Sed quis ordo seruandus est in his diligēdis Utrū videlicz in aliquo casu extranei ꝓponēdi sint osanguineis. Itē an filij pentibus Itē an vxor parētibus In p̄mo quidem casu distinguūt quidā.qz aut bñficiū oferēdū est spūale aut tpale Si est spūale cuz bñficiū spūale ad neminē iure consanguinitatis deuoluat debet extraneus melioz p̄ferri osāguineo minus bono Si aūt sit tpale puta de bonis adq̄sitis vel iure heredi/tario possessis Dicūt q̄ cōsanguineo piter indigēti etiā min⁹ bono ꝓpus est subueniēdū q̄z extraneo. Ita si vnus est cōsanguine⁹ et alter nō et vtriq̄ dandū nō sufficeret.tunc dandū est consanguineo Si vero vtriq̄ sufficiat.vtq̄ accipiat.ꝯ cōsanguine⁹ ꝓz Respectu vo scōi scz an filij ꝓponēdi sūt pentib⁹ scz patri et mri Dicūt ples. q̄ pente et filio in equali nītate cōstitutis ꝓpus est subueniēdū parēti q̄z filio

cum ad hoc nos cogat tam lex na
ture qz dñicũ preceptũ Vidi aliqs
sentire cõtrariuz. et aliquos distin
guere de dilectione affectuali 7 ef/
fectuali Dicẽdo qd dilectione affe/
ctuali. plus diligẽdi sunt parẽtes
ꝓpter pstita bñficia Effectuali ho
plus diligẽdi sũt filij qz vt plmum
plus indigẽt Sz pone eqlem vtro
biqz indigẽtiã tũc puto plꝰ subue/
niẽdũ eẽ parentibꝰ scz pri 7 mri qz
filijs De vxore aũt qd erat ter/
ciũ dicit qd pferẽda ẽ parẽtibꝰ qn
tũ ad cohabitationẽ. nõ ntuz ad
dilectionẽ Nisi illud Relinqt
hõ pfem 7 mrez suã. et adherebit
vxori sue ẽ Intelligendũ est qd ma
gis adhẽndũ ẽ eis qz parẽtibus
cohabitatiõe nõ tñ magis dilecti/
one. eo qd mlta plura bñficia a pa
rentibꝰ exhibita sũt qz ab vxore

An omnes teneantur

Ad dilectionẽ inimicoꝝ
E dilectiõe aũt inimicorũ
an teneamur oẽs ad eoꝝ
dilectionẽ. et an teneamur eis oẽs
ostẽdẽ signa familiaritatis. Et dr
qd sic .s. qd oẽs tenent inimicos di
ligere. eo qd sup ℞ extat ꝑceptũ di
uinũ. Matℏ. v Ego aũt dico vob
diligite inimicos vr̃os. benefacite
his q̃ oderũt vos Sed ℞ q̃ ad af/
fectũ dilcõnis q̃ simplr tenent oẽs
inimicos diligẽ. quo ho ad signa
dilectiõis 7 ad effectũ nõ tenentur
oẽs vt dicit inimicũ diligẽ nisi vi/
derint eũ ncitatẽ patiẽtẽ vel veniã
nõ ficte seu irrisorie qz veraciter po

stulatẽ. vñ si salutat nõ irrisorie sa/
lutãdꝰ est Perfecti vero saltẽ reli/
gioſi ad amplꝰ tenent ꝓpt scã/
dalũ eni euitãdũ coꝝã his ꝑcipue
qui sciũt qd offensi sũt tenent offer
re signũ dilectionis Nec tñ intelli
gas de tali inimico q̃ fidẽ xp̃ianą
et fidẽ catholicã impugnat. ꝺa sic
impugnanti nisi in vltima ncitate
nõ est subueniẽdum

De quodam alio ordi

ne diligendorum

N sũma nota ꝑm Aug⁹. et Amb.
7 alios expositores qd primo dili/
gẽdꝰ ẽ de⁹. deiñ aia ꝓpria. deinde
aia primi. deiñ corpꝰ ꝓpriũ. ex po
stea corpꝰ primi Inẽ primos au
tẽ ꝑmo parẽtes. s. pr̃ 7 mr̃. scdo fi
lij. deiñ alij ognati. vtz ãt vxor sit
ꝑferenda filijs certũ nõ habeo. pꝰ
filios et vxorẽ domestici scz noti.
deiñ extranei nõ inimici. deiñ inimi
ci. Qz ãt iubemur diligẽ primos
sicẽ nosmet ipos sic intelligẽdũ ẽ qd
scz eq̃ optãdũ est eis bonũ eknuz
sicẽ nobis Nõ enim tenemur tpalia
eqliter eis vt nobis ministrare. seo
nobis primo postea autem ipis

De quatuor virtutib⁹

cardinalib⁹ in generali

Equit breuit aliqo dicere
de vtutib⁹ cardialib⁹. s. de
iustitia q̃ ꝑm Aug⁹ ẽ in sõ
ueniẽdo miseris. de prudẽtia q̃ est
in cauẽdis insidijs. de fortitudine
q̃ ẽ in ꝓferẽdis molestijs. et de tẽ/
perãtia q̃ est in ꝑuis delectatiõib⁹

Compendiū theologie

coercendis De qb⁹ ꝓmo dicendū ē q̄re dicant cardinales ꝙ ciuiles ꝙ politice. Deiñ de singulis q̄ sit q̄libet ⁊tus in se Et q̄ sūt ꝓpriꝫ earuꝫ act⁹ tā i via q̄ i pria Postremo de ordine earꝫ ad vij. vicia capitalia

Quare dicte virtutes

dicunt cardiales ciuiles ꝙ politice.

Dicunt aūt ꝑm q̄sdā virtutes cardinales q̄si cordiales ad dām ⁊tutū corporaliū Cardo eni ꝑm ysidoꝝ a cor de dicunt q̄ a cordian grece q̄d est cor latine Vel vt alij volūt dicunt cardinales q̄ in eis sic in cardinib⁹ois alia virt⁹ maxime ciuil voluit Scōm aūt pbos q̄ de ipis tractauerūt dicunt cardinales q̄ in his sic in cardine ē reuolutio totius vite hūane ꝑm statū honestū et ciuilē Ciuiles autē dicunt q̄ constituūt bonum statum vni⁹ cuꝫ altero in ordine ciuiū his eni ⁊tutib⁹ ꝑm platinū pbm et macrobiū boni viri reipublice ostulūt. vbes tuent parētes venerant. ꝓmos amāt Politice autē dicunt eadē de cā. q̄ idē ē polis grece q̄d ē ciuitas latine. et ideo politice dicuntur quasi ciuiles

De virtute iusticie in speciali

Est aūt iusticia ꝑm Aug⁹. virt⁹ tribuēs vnicuiq̄ q̄d suū ē Que diffinitio cōuenit iusticie tā ꝑm statuꝫ vie q̄ꝫ ꝑm statū pfie Alia aūt diffinitio q̄ ponit ꝙ iusticia est subuenire miseris ꝙuenit iustitie tm̄ ꝑm statū vie

Ponūtur āt ꝑm magr̄m in tertio. li. sñiaꝝ duo ei⁹ act⁹ scz act⁹ ei⁹ in pria. q̄ ē deo regēti subesse. et actus ei⁹ in via q̄ ē miseris subuenire Hi sūt act⁹ generales ad ꝙs tenent oēs Sūt aūt ⁊ alij act⁹ ei⁹ spēales ad ꝙs nō ita indifferēter oēs tenent. q̄ sic q̄ntū ad ꝓmū pās sufficē ꝑt. distinguunt Jā tactū ē ꝙ act⁹ generalis iusticie ē vnicuiq̄ tribuere q̄d suū est h ē/ supiorib⁹ paribus ⁊ inferiorib⁹ Supiorib⁹ q̄dē p eminentiā et h duplr Quia vel generaliē ⁊ sic dr̄ act⁹ ei⁹ inferiora potiorib⁹ subdē. quam ponit Aug⁹. de libero arbitrio. li. ij. Vel spēaliē et sic dr̄ act⁹ ei⁹ soli deo deseruire. De q̄ Aug⁹. vi. li. sue musice Si āt sit in tribuēdo q̄d suū ē parib⁹ sic ē triplex act⁹ ei⁹ Vn⁹ paria sibimet copulare De q̄ Aug⁹ de libero arbitrio. li. i. Alij nullis coeq̄ri nisi purificatis animis Terti⁹ nullis dña ri appetē nisi nature corpali vel bestiali. de q̄b⁹ duob⁹ Aug⁹ in. vi. sue musice Si aūt in tribuēdo q̄d suū ē inferiorib⁹ h ē duplicē Vl q̄ ad penā sōleuādā et sic ei⁹ act⁹ ē miseris subuenire. ꝑm magr̄m in. iij. li. sñiaꝝ Vel q̄ ad culpā corrigēdā et sic ei⁹ actus est iniquos moribus corrigē et punire De quo Aug⁹. sup gen̄. li. xij. ad litteram

De virtute prudentie

in speciali

Prudentia ꝑm magistrū in iij sñiaꝝ est in precauendis in/

ꝛeaꝛ declaratione

sionis: vñ sic aptꝰ diffinit Prudētia est virtꝰ rerū bonaꝝ vl malaꝝ neutraꝝ qꝫ discretio cū fuga mali et electiõe boni Et dicit neutrarū qꝫ ß est indifferētiuz que scz neqꝫ bone neqꝫ male sūt q̃le est frangē festucā vel hmõi Et trahitur diffinitio pñs ex verbis Aug⁹. li.

vbi dicit ꝙ prudētia est bonaꝝ rerū et neutrarū scīa Ponunt aũt plures prudētie act⁹ Act⁹ eiꝰ in patria duplex est In⁹ nullū bonum deo ꝓponē vel eq̃re qui ponit per magr̃m in.iij̃ li.sen. Ali⁹ ipaz discussē veritatē. de q̃ Aug⁹. in.vi. sue musice Act⁹ prudētie vie ponũtur q̃nqz. scz p̄cauere insidias. q̃ ponũtur p magr̃m in.iij̃.li.sen. Itē mala deuitare de quo Aug⁹. sup genñ li.xij̃ ad lr̃am Itē incorruptionem corruptõi ꝓponere. de q̃ Aug⁹. de libero arbitrio li.i. Itē discernē bonũ a malo. de q̃ Aug⁹. de ci. dei. li. xix. Itez eterna ꝓponē tpalib⁹. de quo Aug⁹. in vi. sue musice

De virtute fortitudis

Hortitudo aũt ē in pferendis molestijs Jñ ꝺm q̃s/dã sic aptꝰ diffinit Fortitudo ē immobilis animi inē aduersa labozꝝ ꝛ piculozuz eq̃ susceptio Cui⁹ q̃dzuplex assignatur act⁹ vie In⁹ firmare animũ cõtra tpales molestias. de quo Aug⁹

Ali⁹ nõ aduersitatē nec mozte tpalē fozmidare. de quo Aug⁹. in. vi. sue musice Ali⁹ a sapiēē electo nullis terrozib⁹ nullis qꝫ penis depelli. de quo Aug⁹. de libero arbitrio. li.i. Ali⁹ ꝓ dilecto habendo aduersa tolerare. ꝺ quo Aug⁹ sup genñ. li. xij̃ Act⁹ pñie duplex ē In⁹ firmissime deo adheré. q̃ ponit p magr̃m in.iij̃. sen. Ali⁹ nihil molestе pati q̃ ponit per Aug⁹. in. vi. sue musice

De virtute tẽperantie in speciali

Tempantia ē in ꝑuis delectatiõib⁹ coercẽdis Diffinitur autẽ sic ab Aug⁰ in. li. i. de libero arbitrio Tempantia ē affectio coercens appetitū ab his reb⁹ q̃ turpit delectãt Cui⁹ act⁹ assignant in via Subtrahere se ab amoze inferiozis pulcritudinis. de quo Aug⁹ in. vi. sue musice Itē coercẽ cogitationes ꝑuas. ꝺ q̃ in.iij̃. sen. Itē libidinẽ refrenare. de quo Aug⁹ sup genñ. xij̃. Itē refrenare cupiditates ab his q̃ tpaliť delectãt de quo Aug⁹ de libero arbitrio Act⁹ aũt pñie ē nullo respectu noxio delectari. de quo in.iij̃ sen. Itē immaculatū manere. de quo Augustin⁹. in. vi. sue musice

De effectu dictarum virtutũ ꝛ an sint in pria

Iste quatuoz virtutes hominẽ ad virtutes theologicas habendas habilitãt his nihil vtilius ē in vita dūmodo informentur caritate Tūc eni eque meritozie sūt vite eẽne sicut theologice An aũt hæc virtutes future sint in pria. dicit ma/

Cõpẽdiũ theologie de gister in lib. sñiaꝝ q̃ sic ꝑm aliq̃s earuz actus vt patet per singulas iuxta supza tacta.

De ordine dictarũ vir tutũ ad septẽ vicia capitalia

Vltimo dicendum qualit̃ p has septẽ virtutes septem vicia capitalia expellãtur

Fides eni que mentẽ illuminat expellit supbiã que cor excecat

